



Tom: LXVI. Miscell:

~~G. H.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

17-18. VITEBERG.

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

19.  
5)

MEDITATIO PIA ET ORTHODOXA  
De  
**PRETIOSISSIMA**  
SALVATORIS NOSTRI JESU  
CHRISTI IN MORTEM TRADITIONE,  
& efficacissima ejusdem in vitam RESUSCITA-  
TIONE, cuius utriusque memoriam devota Christi Ecclesia pio  
affectu, consuetudine laudabili iterum recolit.

Instituta ad dictum dicti Paulini, Rom. 4, 25.

Ος παρεδόν αλλὰ τὸ δογματικὸν ήμῶν, καὶ  
ηγέρον αλλὰ τὴν δικαιωσύνην ήμῶν.

Quam,

AUSPICE CHRISTO,  
In incluta Wittebergenstium Academia,  
SUB PRÆSIDIO

Viri plurimum Reverendi, Amplissimi atq; Excellentissimi,

**DN. JOHANNIS HULSEMANNI,**  
SS. Theolog. D. & Professoris Publici, Alumnorum  
Electoralium Ephori, p. t. Facult. Theol. DECANI, Inspecto-  
ris Præceptoris ac Promotoris sui debita observantia &  
honore ætatem submissæ devenerandi

Publicæ censuræ subjicit

**M. ANDREAS Ferber / Cygnæus Seren. Elect.**

*o. April:* Saxon. Alumnus.  
Ad diem 31. Martij in Auditorio Majori Theologorum.

WITTEBERGÆ,  
Typis exscribebat JOHANNES HAKE, 1640.





אָמֵן יְהוָה הַצְלִיחָה נָ

## PROOEMIUM.



VOD DE VNIVERSA SALVTARI CHRI-  
sti cognitione affirmatur, eam esse omni sapientia Theo-  
logia nucleum, praxeos Christianae fundamentum,  
summam vitæ aeternæ, scientiam salutis Luc. 1, 77.  
esse vitæ & beatitatem aeternam Joh. 17, 3.; illud  
in specie vel de sola cruci Christi nouitia verum esse, ha-  
bent quod pleno fateantur ore omnes pie animæ, quæ cum Paulo nolunt  
quicquam scire præter Christum crucifixum 1. Cor. 2. quarum &  
hæc cum D. Bernh. sublimior Philosophia est, scire JESVM & huic  
crucifixum. Stupendum etenim & admirandum ibi deprehendimus my-  
sterium, plenissimum in vulneribus Christi invenimus thesaurum. Equisd  
mirabilem, quam quod Dominus patitur pro seruo, innocens pro nexo, Deus  
pro genere humano? Quid Deus? quid homo? illum cœli cœlorum non  
possunt capere 1. Reg. 8, 17. hic situlæ stilla, & pulvisculus in sta-  
tera remanens. Esai. 40, 15. Mirabile est DEVm omnia fecisse propter ho-  
minem: magis mirabile DEVm ipsum hominem factum propter hominem:  
maxime vero mirabile DEVm hominem factum pati ac mori propter homi-  
nem, p̄ij olim dixere veteres. Plenissimum enī! patentia Christi pendentes in  
eruce vulnera exhibent thesaurum; ex quo τὸ ιησοῦς αἱ ὁμόδους nos ac-  
cipimus gratiam pro gratia. Joh. 1, 16. salutare vulnerum nostrorum  
pharmacum, quod efficacissima resurrectione sua ipse Salvator nobis applica-  
vit. Que omnia, si ullo alio, sancè hoc quadragesimali præcipue tempore de-  
vota mente admirari & grato venerari corde, cum Sathanæ furor, qui divi-  
num hoc & salutare crucis mysterium infestis errorum telis nunquam non im-  
pugnare satagit, tum propria animarum salus imperare facile possunt.  
Agedum! ergo, si & jam nobis Christus crucifixus τῷ ιησοῦς Φείδις,  
ut de suis auditoribus, singulari planè & emphatico sermonis genere scribie  
Apost. Gal. 3, 1. quem denuò elevatis & puris fidei oculis traditum quidem

A 2

proper

propter peccata nostra, sed & propter justificationem nostram resuscitatum  
erum, intuebimur. Præstabimus autem illud ad ductum aphorismi hujus  
Apostolici tribus sectionibus; Quarum I. textū explicabit, II. à corrupte-  
bus adversariorum eundem vindicabit, III. controversias quasdam ex-  
aminabit.

Tu vero benignissime J E S V, conatibus meis clementer adspira, &  
mitte sapientiam tuam ē throno magnitudinis tuae, ut mecum laboret. Da  
intelligendi acumen, interpretandi subtilitatem, addiscendi facilitatem,  
instrue ingressum, egressum comple, Amen.

## SECTIO I.

Textum Logicè Philologicè & Theologicè  
resolvit & explicat.

### TEXTUS, Rom. 4, 25.

Ος παρεδόθη Διὰ τὸ ωργοῦ  
πλάναται ἡμῶν, καὶ γέρθη  
Διὰ τὴν δικαιώσιν ἡμῶν.

Qui traditus fuit propter pec-  
cata nostra & surrexit pro-  
pter justificationem nostri.

S. I. Εργάσατε τὰς γεαφάς, gravissimum habet Salvatoris,  
de attentione in evolvendis divinis oraculis præstanda, moni-  
tum, Joh. 5, v. 39: Emphatica est in eo vox ἐργάσαρ, quæ (anno-  
tante Chrysostomo hom. 21. in Gen. & hom. 40. in Johān.) insi-  
gnem continet metaphoram petitam à fossoribus metallorum, qui intime  
terre cavernas perscrutantur. Fossores rerumque metallicarum peri-  
ti, simul ac metalli effodiendi spes in aliquo loco sese ostendit,  
ἐργάσαρ strenuè incipiunt, & repertas auri argenteive venas accu-  
rate primò persequuntur: posteā in id incumbunt sedulò, quò ef-  
fossum metallum à recrementis repurgare, illudque tandem ad  
suos usus accommodare valeant. Preciosissima est aurifodina di-  
ctum præsens Apostolicum, preciosissimum mortis & resurrecti-  
onis Christi thesaurum nobis offerens: quem ut ex fundo exhau-  
riamus digneque tractemus, nostrum erit, & textus venas & vi-  
scera

scera accurate perlustrare, purissimum fidei aurum à falsis adulterantiū scoriis defecare, & genuinū ejus usum probè attendere. Illud igitur sectione hac primā, istud subsequenti secunda, hoc vero ultima tandem tertīā, juvante nos Domini Spiritu, expedire allaborabimus.

§. 2. Absolvitur autem aureus hic Apostoli aphorismus uno subjecto & gemino prædicato. Subjectum monstrat pronomē relativum ὁς, ex vers anteced. supplendum, explicaturque *i. nomine proprio Ἰησοῦς* 2. relatione *ὑπὲρ οὐμῶν*. ος.

Nomen Ἰησοῦς quoad etymon non esse ab *ἰάω* sano, ut Basilio & Cyrillo, nec à *τιγαγεαματῷ Ιησοῦ*, ut Reuchlino & Osianandro (quos refutat Flac. part. 2. Clav.) placuit; sed à *υψηλῷ* quod salvare, servare, prosperare significat, deductio Angelica Matth. i. v. 21, evidenter ostendit. Nos breviter hoc loco (cum alibi hæc omnia fusius explicitentur) illud tantum notamus, nomen hoc & esse Christo Salvatori nostro proprium, Phil. 2, 9, 10. & totam denotare personam in concreto, & officium sacerdotale regium & Propheticum designare.

§. 3. Vox *Kυριος* respondet Hebr. *Ιησοῦς*, essentiali Dei nomi- *Kυριος*.  
ni quod & LXX. animadverterunt qui hoc per illud in V. T. ex-  
presserunt, quod & eisdem secuti Apostoli in N. T. fecerunt. Sal-  
vatori nostro in N. T. tribuitur sæpiissimè, partim absolute Rom. 1.  
7. 1. Cor. 3, 5. & alibi: partim cum addito, *Dominus noster* Rom. 1, 4.  
6. 4, 24. Gal. 1, 3. 6, 18. *Dominus vivorum & mortuorum* Rom. 14, 9.  
Partim eum articulo, Matt. 28, 6. Marc. 16, 19. Luc. 24, 34. &c. par-  
tim sine articulo Rom. 1, 7. c. 10, 9. c. 14, 14. &c. Ille ergo qui tra-  
ditus dicitur, *Christus Jesus*, non solum est perfectus & verus homo  
de *Spiritu S. conceptus* Luc. 1, 34. ex *Maria virgine natus* Luc. 2, 7. & ita  
particeps carnis & sanguinis Hebr. 2, 14. sed etiam verus DEVS. 1. Ioh. 5,  
20. DEVS. in secula benedictus Rom. 9, 5. *Dominus gloria* 1. Cor. 2, 8. Nu-  
dus enim homo si fuisset, nec DÉO æterno & infinito satisfacere,  
nec à tantis nos eripere malis & amissa bona restituere nobis po-  
tuisset. Atque hoc subjectum est de quo loquitur Apostolus, *¶ E-*  
*SVS videlicet Dominus noster, verus DEVS à Patre ante secula genitus,*  
*idemq; verus homo ex Maria virgine natus, ut in Symbolo nostro Apostolico*  
*confitemur.*

A 3

§. 4. Suc-

Ille qui  
traditus, est  
Jesus Do-  
minus no-  
ster, verus  
Deus &  
verus ho-  
mo.

S. 4. Succedit Prædicatum quod ut diximus geminum facit Apostolus quando scribit de Christo, & traditum eum suisse propter peccata nostra, & resuscitatum propter justificationem nostri. Tribuit ergo ei i. Traditionem, in mortem scilicet, quam exprimit verbo

wagēdōm

Traditio  
DEO in  
Scr. varijs  
tribuitur  
modis.

Traditus  
fuit Chri-  
stus à tota  
S. S. Tri-  
nitate.

¶ ἡρόδην traditus est, à ὁρθοῦσιν quod varias in Scripturam admittit significaciones. Sumitur enim vel in bonam, vel in malam partem potissimum: In malam partem sumptum significat i. Extremum vel calamitatem seu exitialem traditionem ut 1. Reg. 14. 16. sic cap. 2. Ephes. 2. Proditionem Matt. 26, 21. 24. 46. Luc. 22, 48. In bonam partem quando accipitur tunc significat i. Vel permittere, ut Psal. 140, 9. Rom. 1, 24. 2. Protritus se dedere, germanicè sich ganz vnd gar ergeben/ Ephes. 4, 19. 3. Docere, & doctrinam notat, vel divinam vel humanam. De traditione humana sumitur plerumque cum reprehensione Matt. 15, 2. 3. 6. Gal. 2, 14. Col. 2, 8. de divina usurpatur i. Cor. 11, 2. 23. 2. Thess. 2, 15. c. 3, 6. & est illa doctrina quæ à Spir. S. profecta & in Scriptura S. fundata. 4. Commendare Actor. 15, 40. Hoc loco est tradere vitam, seu mori, in qua signif & habetur Actor. 15, 26. Gal. 2, 20. & alibi. Præterea & illud notamus, traditionem in scripturis DEO variis tribui modis. Tradit enim Deus i. ut justus judex, in sensum reprobum ad interitum, vel in cupiditates Rom. 1, 26. 2. ut clemens pater in calamitates ad salutem. 3. Ut misericors DEVS in λύτρον ad redemptionem, ut h. I. Illi impii traduntur, isthic pii, hinc piorum & impiorum Salvator.

S. 5. Traditus autem fuit à tota S. Sancta Trinitate, siquidem in operibus ad extra omnes tres personæ agunt, & eadem agunt, & pariter agunt, Ioh. 5, 19. Hinc Pater dicitur tradidisse filium in mortem pro nobis Rom. 8, 32. Et ipse Filius dicitur seipsum tradidisse pro nobis Gal. 2, 20. semisipsum dedisse preium redemptiois 1. Tim. 2, 6. seipsum exposuisse sacrificium pro peccatis Esai. 53, 10. dare animam suam λύτρον Matt. 20, 28. quo ipso & spontanea Christi oblatio innuitur. Hinc tamen non negatur Christum quoque traditum suisse à Juda, Iudeis, Pontio Pilato & aliis; sed videtur & Apostolus nos velle remittere ad locum Actor. 2, 23. quod definito consilio & præscientia

DEI

DEI fuerit traditus, ita ut principem subinnuat causam præscientiam & voluntatem DEI, non vim & potestatem hostium.

§. 6. Cæterum, traditio hæc totam Christi obedientiam comprehenditur, in qua ut includuntur omnia quæ Christus nostri causa passus fuit, ita ea quæ nostri causa implevit & egit, minimè sunt excludenda. Ipse enim non solum passivâ, de qua quidem nullum inter Christianos est dubium, sed etiam activa sua obedientia pro nobis satisfecit, & æternam justitiam meruit. Id quod dant probatum 1. Scripturæ fundamenta Psal. 40, 10. Hebr. 7, 10. Matt. 5, 17. Ioh. 4, 34. c. 5, 30. c. 6, 39. Gal. 4, 4. 5. Rom. 5, 18. 19. 6, 8, 4. c. 10, 4. &c. 2. Argumentorum pondera: (1) ab absurdo in sequenti; exclusa enim activa Christi obedientia, excludentur 1. aliæ Christi passiones contra Hebr. 2, 17. 18. c. 4, 15. 2. resurrectio, contra eundem locum nostrum Rom. 4, 25. ubi Paulus traditioni resurrectiōnem immediate annexit. 3. Christi victoria, contra 1. Cor. 15, 54. §7. (2) à justitiæ perfectione. Justitia perfecta, qualis Christi est Dan. 9, 24 non tantum pœnas delicto debitas persolvit, sed & implendo legi satisfacit. Justitia ergo Christi, aut legis impletione includet, aut nos ad eam præstandam legi obedientiam adhuc tenebimus, contra Rom. 8, 3. Gal. 3, 13. c. 4, 4. Act. 13, 38. 39. (3) ab activæ obedientiæ conditione. Est enim illa effectum personæ Mediatoris jam constitutæ, ut patet ex Rom. 5, 19. c. 10, 4. 4. Perperam igitur facit Piscator Herbornensis, quando observ. 13. in h. l. ex hoc & aliis Ser. locis, ubi Passioni & morti Christi nostrorum peccatorum expiatio adscribitur, colligit, eandem ex obedientia Christi activa nullo modo provenire. Cujus argutiis quid respondendum sit, Theologi Orthodoxi, imprimis vero Giesenses. D. Gerh. Tom. III. Loc. com. de justif. §. 61. seqq. Meissn. Anthrop. dec. III. Disp. 24. q. 2. §. 94. & alij dudum monstrarunt; ad quos, brevitatib[us] hic loci studentes, nos remittimus.

§. 7. Describitur porrò traditio tum à fine & cuius, qui est peccatorum nostrorum expiatio & pro ijsdem satisfactio: tum à fine & cui, qui sunt homines, Traditus enim dicitur 2. gl. 28 οὐαὶ τοῖς μητέραις ἡμῶν.

Traditio  
Christi o-  
bedientiam  
& activam  
& passivam  
complectitur.



διὰ.

Διὰ pro diversa constructione diversas quoque admittit significaciones, de quib. vide alibi, & imprimis ap. D. Glass. in Gram. Sacr. lib. 3. tract. 6. Can. 9. qui annotat, particulam Διὰ in causa justificationis nostrae, de omni causarum genere, & efficiente & meritoria, & impellente, instrumentalī &c. in Scr. usurpari. Hoc loco construitur cum accusativo, in qua quidem constructione notat vel temporis circumstantiam Ebr. 5, 12. vel adjunctum modum seu rationem, secundum quam aliquid fit Eph. 4, 18. Gal. 3, 14. Matth. 27, 18. vel causam efficientem, motivam & impellentem Luc. 1, 78. vel finalem Marc. 2, 27. 1. Cor. 9, 23. vel meritoriam; quæ posteriores significationes præcipue sunt hujus loci, uti Sect. 2. contra Socin. sumus demonstraturi.

ἀρπάζω.  
ματ.

§. 8. ἀρπάζωμα, offense, lapsus. Aliis à ἀρπάζωμα  
quod est errante manu attingo; aliis à ἀρπάζω prolabor. Re-  
spondet huic apud LXX. עַל transgressio contra conscientiam  
Ezech. 14, 13. עִיל injustitia Ezech. 3, 20, c. 18, 26. שְׁגָגֹת delicta Psal. 19, 12. In N. T. quæ hic dicuntur ἀρπάζωμα, vocantur αἱμαρτία Rom. 3, 25. αἱμαρτία. 1. Ioh. 2, 2. genera-  
liter vero η κατά Gal. 3, 13: ut indicetur, nullum peccatorum genus  
ab expiatione & satisfactione Christi debere excludi, quemadmodum  
infra Sect. 3. videbimus. Quod autem nonnulli obseruant, è  
quorum numero & Hieron. hoc interesse inter ἀρπάζωμα &  
αἱμαρτία, quod ἀρπάζωμα sit veluti peccati initium, ut cum ta-  
cita cogitatio subrepit aliqua ex parte conniventibus nobis, non-  
dum tamen nos impulit in ruinam; αἱμαρτία vero peccatum sit  
jam re ipsa perfectum atque ad exitum perductum, neque omnino  
verum, neque apud Paulum perpetuum esse videtur: Siquidem  
ἀρπάζωμα à ἀρπάζω ducitur ea significatione qua ponitur  
pro impingo seu offendō, videturque ἀρπάζωμα proprie signifi-  
care lapsum, offensam, erratum peccatum. Non autem esse hoc discri-  
men apud Paulum semper, multis ostendi potest: imprimis ex  
præsenti nostro loco ubi Christus propter ἀρπάζωμα delicta  
traditus dicitur, id est, omnia ea quæ delicti rationem habent:

īta



ita & 2. Cor. 5, 19. Gal. 6, 1. Eph. 2, 1. In quibus omnibus dubium non est παρεγίνωμα significare verè ac propriè peccatum re ipsa perpetratum.

§. 9. Hūw, Nōstrūm, omnium scil. justificandorum de quibus loquitur versu proximè antecedente, quo ipso tamen alii non excluduntur sed potius includuntur, ut Sect. subseq. docebimus. Propter nostra igitur peccata, quæ Deus in eum conjecterat, traditus est Christus non sua, quia innocens, impollutus, segregatus à peccato-ribus Hebr. 7. 26. Pro nobis satisfecit Christus, non pro seipso, nobis meruit quicquid meruit, sibi vero nihil meruit: id quod liquido constat 1. Ex Scr. oraculis Esai. 9, 6. c. 45, 24. Zach. 9, 9. 1. Cor. 1, 30. Ioh. 14, 2. c. 17, 19. 1. Tim. 1, 15. 2. Legitima ex Scr. consequentia. Si Christo secundum humanam naturam in primo incarnationis momento, omnia dona divina & infinita verè & reāliter sunt communicata Col. 2, 9. quid opus ergo fuerat quicquam eorum mereri? 3. Orthodoxa Symbolorum confessione. In Symbolo Niceno Christus dicitur propter nos homines & propter nostram salutem descendisse de cœlis. In Athanasiano, Passus pro salute nostra. Ephesini Symboli assertio est stricta & rotunda Can. 10. Si quis dicit Christum pro seipso obtulisse semet ipsum oblationem, & non potius pro nobis (nec enim indiguit oblatione qui nescit peccatum) anathema sit. Errat ergo Bellarm: gravissimè, quando lib. 5. de Christo c. 9. assertit: Christum operibus ac laboribus suis non solum nobis omnibus gratiam & gloriam acquisivisse, sed & aliquid sibi, ex male detortis dictis Phil. 2, 9. Hebr. 3, 9. Testimonio quorundam Patrum, & Ratione, quanquam lubrica. Cui & aspirant nonnulli Calvin. & Photinian. ut ex Enjedin. in explicat. locor. p. 323. patet. Quibus omnibus sufficienter à nostris obviam itum, imprimis etiam à Plur. Rev. & Exc. D. Erasme in disput. aliqua solenni de falso fact. Christi, punto III. lib. 10. & II.

§. 10. Alterum jam sequitur prædicatum quod est resuscitatio, quæ describitur à causa itidem finali, declaratione seu manifestatione justificationis nostræ: ἡγέρη διὰ τὴν δικαιωσιν ἡμῶν.

Hegērē, resuscitatus est. Eγέρεται usurpat vel de rebus vel de personis: illic, notat operis constructionem Job. 2, 19. rei educti-

B

onem



**Resuscitatio in textu potest & aetive & passim exponi.** onem Matt. 12, 11. hic notat (1) animi excitationem ad aliquid agendum Eph. 5, 14. (2) hominum productionem Luc. 3, 8. c. 7, 16. Matt. 24, 11. (3) Excitationem ex morbo & somno Matt. 2, 20. c. 26, 46. (4) Surrectionem ex sessione Act. 3, 6. Marc. 10, 49. (5) tandem excitationem à mortuis Matt. 27, 52. 1. Cor. 15. & alibi. Notandum autem quod vocabulum resuscitationis exponi possit tum activè tum passivè, in resuscitatione enim est is qui resuscitat, & qui resuscitatur.

**Resurrectio Christi fuit necessaria.**

Necessaria autem fuit Christi resuscitatio 1. ob divinum ab aeterno decretum Luc. 24, 46. Act. 2, 24. 2. Scripturæ prædictum Luc. 24, 46. Vid. Gen. 3, 15. Psal. 16, 22. 110. 118. Esai. 53, 55. Dan. 9. Hos. 6. Matt. 12. Luc. 18. &c. 3. ob nostrum commodum, justificationis scil. nostræ tum impetrationem tum demonstrationem tum applicationem. Si enim non resurrexisset, mortem non vicisset, & sic nec vitam & justitiam nobis promeruisse, & quamvis promeruisse, eandem tamen jam conferre & applicare non posset si mansisset in morte.

**Δικαιωσις**

Δικαιωσις. Vox hæc bis tantum in N. T. occurrit hic & Rom. 5, 18. Ipsum justificandi actum seu remissionem peccatorum & justificationem significat, & ita differunt δικαιωμα, est regula justitiae, δικαιούμενη justitia imputata, habitus, vel actio justa, & δικαιώσις ipse justificandi actus, vid. Flac. in Clavi. Est ergo δικαιώσις hæc resurrectionis Christi fructus & effectus, de quo illud hoc loco notandum, nos de fructibus resurrectionis Christi omnium rectissime agere, quando mortem totamque ipsius obedientiam, ab ea non divellimus, sed cum ea indivulsem complicamus, quod Scriptura passim facit. Igitur verba illa, traditus est propter peccata nostra, non accipienda exclusivè quasi ab hoc beneficio resurrectione sit excludenda, sed spectant illa verba ad totum opus redemptionis nostræ cui resurrectione omnino est inclusa, ut Sect. seq. patebit.

§. II. Porro quando Christus propter justificationem nostram resuscitatus dicitur, dubium occurrit, num etiam Christi resurrectione sit & dici possit meritoria? Sciendum autem nomen meriti dupliciter accipi 1. Generaliter pro omni eo quod ad nostram justificationem

ificationem pertinet tanquam necessarium connexum & comple- Resurrectio  
mentum meriti: 2. Specialiter pro eo quod Christus patiendo Christi nū  
cumprimis nostri loco præstítit, & nos præstare tenebamur. Prio- posse dico  
ri sensu dici potest meritoria, pertinet enim ad nostram justifica- meritoria.  
tionem; respectu impenitentis, declarationis, applicationis &  
actualis à peccato absolutionis. Posteriori vero meritoria dici  
non solet, obedientiâ enim tum activâ tum passivâ in morte plenè  
erat pro pœnis nostris satisfactum. Sed non constitisset de satisfa-  
ctione, eaque irrita fuisse non secutâ resurrectione, & trium-  
pho. Et hæc quoad ἐγνωστού textus sufficiant,

## SECTIO II.

Textum vindicat à corruptelis Adver-  
sariorum.

### I.

### PONTIFICIORUM.

§. 1. Graphicè admodum D. Ap. Petrus hæreticorum S. Scri-  
pturam malitiosè adulterantium nefarios depingit ausus, quando  
2. Ep. c. 3, 16. ait. *Homines indocti & instabiles Scr. Sacram detorquent*  
*ad suam ipsorum perniciem.* Ubi cumprimis notamus emphasis vocis  
Σφεβληστ quæ à torturis ducta. *Sicut enim adhibitus tormentis sèpè de*  
*innocentibus habentur questiones, ut aliquid aliud, quam res ipsa se habet,*  
*pro affectu torquentium ab illis exprimatur; ita Scripturæ quasi tormenta*  
*adhibentur, quibus à genuina sententia distorqueantur, &c. ut locum*  
hunc Petrinum admodum eruditè illustrat. B. Chemnit. p. 1. Ex. C.  
T. f. m. 41. a. Eandem & sortem uti omnia ferme insigniora Scr. lo-  
ca, ita & noster hic expertus est, quem male sanæ hæreticorum  
turmæ pessimè Σφεβληστ, & tormentis quasi adhibitis, diaboli-  
cas suas glossas exinde exculpere conantur.

§. 2. Agmen ducunt ipsi Pontificij & inter hos fortissimus ipso-  
rum Achilles Bellarm. qui libr. 2. de Justificat. c. 6. §. 3 textum no-  
strum ita explicat: *Apostolus, ait, nomen Justificationis Rom. 4, 25.*



tribuit potius renovationi internæ quam remissione peccatorum, ac per hoc docet, justificationem non modo non confidere sed et remissione peccatorum, sed nōq; precipua eā constare: Suo ad stipulantur Cardinali Stapl. in antid. epist. Rom. p. 259. Perer. disp. 10. in cap. 4. Roman. th. 48. & alij.

Iustificatio  
nullibi tri-  
buitur re-  
novationi  
internæ.

Verum, ficta & vana omnia. Namque I. Crimen falsi vix effugere poterit Bellarm. cum suis asseclis, quando dicit Apostolum Justificat tribuere renovationi internæ. Nimiris præfidenter hæc dicit Jesuita, unde enim probabit per Justificationem hic intelligendam esse renovationem? In Paulo certè tale nihil appareat, quippe qui secus longè rationem justificationis explicavit in præcedentibus, eam videlicet consistere in gratuita imputatione justitiae alienæ, in remissione peccatorum, in non imputattione iniquitatum, &c. Neutiquam vero in renovatione & bonis operibus, quæ tanquam fructus & effectus justificationem demum insequuntur. Laborat enim adhuc unicè Apostolus in objecto, merito & causis salutis & justificationis nostræ demonstrandis & explicandis, de ejusdem verò effectis & fructibus ad quos renovatio spectat, ne verbum quidem facit, utpote rejiciens ad cap. 5. & 6. ubi hæc omnia decenti ordine subjungit. Patet illud expressimè ex ouya Φείδης capitis hujus cum anteced. & subseq. quod brevissima quadam analysi ita ostendimus. Capite præced: tertio, justificationis causas ordine exponere cœperat Apostolus, & quidem efficientem, justificationem DEI v. 22. quam per gratiam DEI explicat v. 24. ostenderat materialem seu subjectum, omnes nimurum quis credunt v. 22. meritioriam docuerat, redemptionem per Christum v. 24. instrumentalem. FIDEM quam creberrime inculcaverat v. 22. 25. 28. formalem, imputationem tum affirmative justitiae Christi quam spectat διπλού τρέψεως v. 24. tum negativè quam spectat μάρτυρεως v. 25. finalē expresserat, v. 25. 26. Quocirca quartum hoc caput facit εἰς νηντινὸν prioris, in quo causas justificat: formalem & instrumentalem præcipue, quæ ulteriori declaratione indigere videbantur, planius explicat, tractatione tota exemplari, ab exemplo Abrahāmi Patris credentium petitā. Proponit autem formalem justificac̄ causam καὶ τρέψεων, ostendendo scilicet opera non esse justificat. causam



causam formalem, idque præstat plurimis argumentis usque ad  
v. 16. Fidem explicat καὶ Ἰων., cujus naturam exemplo fidei Abra-  
hamiticæ describit secund. quatuor notas v. 23. deinde eandem ad  
nos applicat 1. ratione beneficij. 2. ratione objecti, tam generalis  
veri D E I qui resuscitavit Christum; quam *specialis* & proprii,  
quod est Christus cum sua obedientia, passione morte, resurre-  
ctione & toto merito, utpote, traditus, &c. Et hactenus nihil pla-  
nè de renovatione, cujus rationem in subsequentibus demum ex-  
ponit, imprimis vero c. 6, 4. ejusdem expressè meminit. II. Fal-  
fissima est sequela quam necit Bellarminus quando ita arguit:  
*Justificatio tribuitur hic peculiariter resurrectioni Christi. E. resurrectio ad solam justificationem pertinet, non vero ad remissionem peccatorum.*  
Contra 1. Ipsam justificationem nihil aliud esse quam remissio-  
nem peccatorum, atque justitiæ & obedientiæ Christi imputatio-  
nem, jam ex Paulo demonstravimus & alibi fusius demonstatur.  
2. Male colligitur ab inclusiva ad exclusivam. *Distinctè enim morti Christi peccatorum nostrorum expiatio, & ipsius resurrectioni nostra justificatio h. l. assignatur, non quod ab acquisitione & merito justificationis passio & mors Christi sint exclusa (cujus contrarium vel centies in Scr. occurrit): Sed (1) quia mors Christi ad justitiam acquirendam nobisque applicandam otiosa fuisset, nisi de pecca-  
to, morte & Sathanæ victor ex mortuis resurrexisset. Si enim Christus in morte mansisset, nondum devicta esset mors, aut is qui mortis habebat imperium diabolus, nondum expiata peccata  
1. Cor. 15, 17. (2) Quia Christi resuscitatione publicè testatus est DEVS, præstitam sibi esse plenam & perfectam satisfactionem pro peccatis, perfectamque justitiam adductam. Conf. Gerb. Tom. 3. L. de Iustific. §. 232. imprimis autem Pt. II. disp. publ. p. 1551. Adeoque *Synecdoche* (3) fit illud per *Synecdochē* Scripturæ usitatam quæ in negotio re-  
demptionis alterutram partem ponit, totum vero subintelligit: *ptura usi-  
terdum mortis Christi solum meminit, interdum resurrectionis tata.**

Resurrectio  
Christi ad  
justificatio-  
nem veram  
& peccato-  
rum remis-  
sionem per-  
tinet,



ni, ut hoc in loco uti & Rom. 10, 9. Phil. 3, 9, 10. idque ideo quia mors & resurrectio redemptoris se mutuo inferunt. Est enim mortuus ut pro nobis solveret redemptionis premium, & est resuscitatus ut solutionem illam a se factam nobis applicaret. Resurrectio ergo Christi a justificationis actu excludenda non est.

§. 3. Sed pergit Bellarm. eod. in loco suam paulo laxius explicans mentem. Neq; enim, inquit dubitari potest, quin Apostolus velit mortem Christi fuisse exemplar mortis peccatorum h.e. remissionis & deletionis peccatorum, resurrectionem autem exemplar renovationis & regenerationis internae per quam in novitate vitae ambulamus. Eadem ferme habet. l.2. de Sacram. c. 9 quando locum praesentem ita explicat. Per Christi passionem morimur peccatis, per Christi resurrectionem justiciae vita vivere incipimus.

Mors non  
est exem-  
plar remis-  
sionis pec-  
catorum.

Peccata in  
remissione  
non omni-  
modo era-  
dicantur.

Resp. Error errorem trudit. Falsum est (1) mortem Christi esse exemplar remissionis peccatorum; falsum (2) peccatorum remissionem esse omnimodam eorundem deletionem: alienum (3) planè à mente Apostoli, resurrectionem Christi h. l. esse exemplar renovationis: blasphemum (4) Christi mortem esse merè exemplarem mortis peccatorum. Nos paucis Bellarmino satisfacimus ita 1. Mors Christi non est exemplar remissionis peccatorum, quæ semper perfectum DEI donum, quia absolutè solius DEI est: sed mortificationis peccati (mortificatione secundum analogiam fidei accepta) quæ, quod non absolutè solius DEI, sed ex parte & sua quadam ratione, nostrum opus est, quantum videlicet arbitrii renati Spir. Sancto in mortificatione peccati cooperamur, non perficitur in momento sed suas habet progressiones quibus paulatim perficitur. 2. Peccata in remissione omnimodè extirpari, est assertio Scripturæ extremè adversa, oramus enim adhuc omnes ad mandatum Christi, Domine dimite nobis debita nostra Matt. 6, v. 12. Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipsos fallimus. 1 Ioh. 1, 8 Et, si in justificatis nulla supersunt amplius peccata, cur morbis & tandem morti sunt subjecti, quæ peccati stipendum Rom. 6, v. ult. ? 3. Glossa, qua resurrectio Christi exemplar dicitur renovationis, quamvis à veritate omnino aliena non sit, à scopo tamen hujus textus & mente Pauli est alienissima, qui mortem



mortem & resurrectionem Christi non proponit tanquam exemplar, sed tanquam meritum remissionis vel potius expiationis peccatorum, & justificationis. Quod si vero q. Bellarm. Christi mortem & resurrectionem velit merè exemplarem, dicimus eum ad castra blasphemorum Photinianorum transire, cui quidem juxta ῥῆ πατῶν textus vel sola particula Διὰ τοῦτο. quæ causam meritoriam subiunxit & finalem, non autem nudè exemplarem, satisfacere potest. Quod ut facilius admittat Bellarm. audiat sodalem suum Toletum pro nobis stantem, qui ipsi in faciem contradicit, quando Toletus con-  
in h. l. ita commentatur. Hæc expositio ad sensum præsentem Pauli non tradicte  
facit, nam traditus dicitur propter delicta non tanquam exemplar, sed tan-  
quam vera satisfactio. Igitur nec resurrexisse propter justificationem dici-  
tur, tanquam exemplar; sed ut redemptio facta per mortem nobis applicare-  
tur, & fructum ejus participaremus, hic est legitimus sensus. En fratres  
Cadmæos! Et hactenus à corruptelis Pontific. salvus & incolmis  
perstat locus noster Apostolicus, videbimus &c glossam.

## II.

### CALVINIANORUM.

§. 4. Descendunt porro in hanc arenam Calviniani qui similiem in modum textui nostro sua applicant tormenta, quibus erroneum particularitatis dogma exculpere nituntur. Prodit ex his Bucanus, qui in Instit. suis Theolog. Quæst. 36. Loco de Præd. demonstratus quenam sint media propria & peculiaria à DEO electus ordinata, conspecta in textu particula NOSTRVM ημῶν, protinus in eundem invehitur, caperata plenè fronte afferens, Patrem Filium ordinasse, ut pro electorum justificatione resurgeret. Ita enim concludit: Itaq; Pater Filium suum ordinavit ut in persona sue unitatem assumeret naturam humanam, qui pro electorum satisfactione pateretur & moreretur, ut redimeret eos ab iniquitate, & pro eorum justificatione re-  
surgeret Rom. 4, 25.

At fallit Bucanus & fallitur. Particula enim ημῶν ημῶν non est exclusa

Particula  
ημῶν ημῶν non  
est exclusa  
nibus sive



**Christus  
redemptor  
omnium.**

**Beza cor-  
rumpit lo-  
cum 1. Ioh.  
2, 2.**

**Locus no-** p. 597. Dn. D. VVellerum disput. 20. Anat. Masson p. 579.

**stier potius** II. Tantum abest ut locus noster oblata Christi beneficia ad contra Bu- solos electos restringat, blasphemæque Calvinianorum glossæ, canum est, (quod absit longè) patrocinetur, ut potius pro universalitate me- quā pro eo. riti Christi contra Calvin. firmiter concludat. Ita infero

**Qui traditus est pro nostrūm (hominum) peccatis**

**Ille non pro solis electis traditus est & surrexit:**

**Atqui Christus traditus est, &c. Ergo,**

**Majoris connexio ut obtineatur. I.** Hanc cum orthodoxis po-  
no notam: **Quæ in genere ad omnes pertinent homines, ea nonnunquam**  
**ījs in specie applicari solent ad quos habetur sermo, idq; vel terroris incurien-  
ds, vel**

ii, vel gaudi excitandi gratia: Quod ipsum tamen nullo modo exclusionem sed emphasis potius in Script. usitatissimam arguit. Id vel exinde palam est, quod non raro universale aliquod pronuntiatum vel conditio generalissima ad personam aliquam certam in individuo applicatur, servata nihilominus universalitas vi & efficacia. Exempla in Scr. codice ubivis sunt obvia. unicum hac vice produxisse sufficiat: Pugnam carnis & spiritus exprimens Apostolus, perpetuo de sua persona in individuo loquitur, ego venditus sum sub peccatum, non quod volo facio, &c. Rom. 7, v. 14, 15, 16. Quis autem exinde concluderet eandem non esse in aliis? Eadem est ratio locutionis in hoc textu, Paulus enim in certissimam sui suorumque auditorum consolationem & fidem, mortem & resurrectionem Christi ad se & suos accommodat, non ut alios ab ijsdem excludat, sed seipsum potius aliis includat. 2. Damus probationis fundamentum ex particula NOSTRVM ημῶν. Hæc particula, quandocunque res est de beneficiis Christi merito partis eorundemque oblatione, aut (1) notat adæquate omnes omnino homines, aut (2) alios non excludit ab eorundem participatione: Utriusque exempla sunt obvia, & prioris quidem insigne est Esai. 53, 6. posuit dominus in eum iniurias omnium nostrum. Hac enim in parte omnium hominum una & eadem est ratio, siquidem omnes peccaverunt. Rom. 3, 23. omnes DEVS conclusit sub incredulitatem, &c. Rom. 11, 32. posterioris exempla habentur Rom. 5, 8. c. 8, 19. 1. Ioh. 2, 2. & alibi. Distinguat 3. tandem Bucanus cum suis inter beneficiorum Christi resurrectione partorum δόσιν, & inter eorundem ληψίν, & præsentissimum errori huic paratum erit remedium. Dupliciter enim Scriptura de actibus salutis loqui solet; 1. ratione universalis Christi acquisitionis 2. respectu salutaris hominum applicationis: Illomodo est Salvator omnium hominum, hoc vero solùm fidelium & sanctorum. Quam distinctionem orthodoxè explicatam latius & applicatam, ipsum autem monstruosum hoc adversariorum dogma Scripturæ gladio anticipiti penitus jugulatum videas alibi, præsertim ap. D. Gerh. L. L. T. T. Tom. 2. de Elect. § 107. seqq. D. Meisn. in Anthrop. Dec. 2. disput. 13. nos pergimus ad ultimam corruptelam, quæ est.

Probationis  
fundamen-  
tū ex par-  
tic. ημῶν  
de benefi-  
cijs Christi  
usurpata.

C

III. PHO-



## III.

## PHOTINIANORUM.

**Photiniani  
Christi sa-  
tisfactionē  
negant.**

§. 5. Nemini non nota est impia & abominanda illa Photinianorum insaniam de morte & resurrectione Salvatoris, quam expiatoriam esse & satisfactoriam præfracte negant, damnandumque illum, erroremnè an furorem dixerim suum; Christum peccatorum nostrum occasione saltem mortem incidisse, solumq; exemplo suo salutis viam monstrasse, & ita non expiationū sed imitationis causa traditum fuisse; mordicitus defendere allaborant. Sentientes autem Scripturam apertissimè sibi contrariari, utpote quæ Christum PROPTER peccata nostra traditum, PRO peccatis mortuum, &c. afferit, suis quoq; parati tormentis periculum faciunt eoque enīuntur sedulō, quamvis ausu planè irrito, ut ejusdem vim quocunque modo possint, variis detorsionibus enercent. Hinc Socinus Neo-Photinianorum  $\omega\mu\alpha\chi\Theta$  omnia in universum Scripturæ loca, quæ Christum propter peccata nostra vel pro ijs mortuum dicunt, Pt. 2. de Serv. Christo c. 7. p. 107. 108. seq. & in p̄elect. c. 20. p. 120. ita explicat: Mori propter peccata, seu pro peccatis alicujus, ut verba ipsa sonant, idem est ac mori causa vel occasione peccatorum illius. Causa autem siue occasione peccatorum alicujus is certè moritur, qui ideo moritur, ut is à peccatis suis retrahatur, urḡ illi fides fiat, peccata sibi, si ab ijsdem se retraxerit, condonatum iri, &c. Atqui ut nobis omnia hæc evenirent, mortuus est Christus, quemadmodum jam à me probatum suit. Ergo is jure propter peccata nostra seu pro peccatis nostris mortuus esse dicitur. Neḡ opus est, ad ista Scripturæ verba verificanda, Christum alicui justitiæ pro ipsis peccatis nostris plenè satisfecisse. Sed & idem Socinus Pt. 1. de Serv. Christo c. 5. p. 37. in specie nostrum aggreditur locum, ex eodemque probare audet, Christum Servatorem nostrum esse quod resurgendo salutis viam nobis monstravit, quia dicatur propter nostram justificationem resurrexisse. At quid aliud inquit est justificari quam coram DEO pro justo haberi & proinde ab æterna morte liberari? &c. Nostrum ergo est, & ab hac blasphemâ Socinianorum depravatione dictum nostrum liberare. Quod, ut commodè fiat, tria imprimis ex haec tenus adductis notamus, quæ justam & necessariam merentur animadver-

sionem.



sionem. 1. est, quod blasphemat Socinus Christum tantum occasione quadam nostrorum peccatorum mortem oppetiisse, seclusa quavis satisfactione. 2. Christum ideo traditum, ut exemplo ejus a peccatis nos retrahamus. 3. Christum nostrum Servatorem esse ideo quod resurgendo salutis viam nobis monstraverit. Ad singula ut ipsi Socino Christi satisfactionem pertinaciter neganti satisfiat, reponimus.

§. 6. Primò, falsa, impia prorsus & blasphema est Socini glossa, qua dicit, Christum ita propter peccata traditum, ut nuda & sola quadam eorundem occasione mortem inciderit. Contrarium tum tota Scriptura tum ipse etiam locus noster Apostolicus evidentissime evincit: Christum videlicet traditum *λαβετε ιτα*, ut ipsemet vice & loco omnium nostrum ignominiosissimam crucis mortem subeundo, justitiae divinae per peccata nostra offense perfectissima & sufficientissima *διαλυτηριον* satus fecerit, peccatorum penas expiaverit, & ita salutem & vitam aeternam nobis procurarit & acquisierit. Quod ipsum demonstraturi, duplii rem aggrediemur via, 1. probationis fundamenta ex textu ordine educemus. 2. Phraseos, Christū traditū propter peccata, sensum genuinū & orthodoxū ex Scripturæ parallelismis indagabimus. Ostendit autem dictū nostrum mortis Christi (1) causam meritoriam & impellentem externam, peccata nostra quæ a nobis in Christū derivata erant, ipsiq, imposta, propter ea enim dicitur traditus in mortem. (2) Finalem seu fructum emergentem justitiae scilicet acquisitionem, quæ a Christo in nos derivatur. Ideò enim traditus fuit in mortem ob peccata nostra ut nobis justificationem afferret, ne nos ipsi propter peccata nostra morti traderemur. Ex genuino ergo verborum sensu nobilem hanc argumentorum producimus trigam.

1. *Quisquid Scriptura indicat esse caussam impellentem & finalem traditionis Christi in mortem & resurrectionis, illud pro eorum causis omnino habendum est.*

Paulus hoc loco indicat causam impellentem traditionis Christi fuisse peccata nostra, quæ ipsi erant imputata, resuscitationis vero finalem esse ostensionem & applicationem justificationis nostræ, per mortem acquisite.

Quomodo  
Christus  
secundum  
sensem  
Scripturæ  
propter  
peccata di-  
catur tra-  
ditus.

Argumen-  
ta è textu  
extructa.

Ergo hæ sunt veræ causa impellens & finalis.

Major est certa. Minor est in textu.

II. Quicunq<sub>z</sub> traditur in mortem propter peccata nostra, ille pœnam  
peccati sustinet & ita pro peccatis satisfacit:  
Christus traditus est, &c.

Ergo Christus pœnam peccati sustinuit & pro peccatis nostris satisfecit.

Major patet, quia stipendium peccati mors Rom. 6, 23.

III. Quæc: traditio in mortem cedit in eorum justificationem qui debe-  
bant tradi in mortem illa utiq<sub>z</sub> meritoria est & satisfactoria.

Christi traditio est talis.

Ergo est satisfactoria & meritoria.

§. 7. Ut autem majus productis his argumentis accedat re-  
bur, Scripturam 2. explicamus per Scripturam: id quod in hac  
imprimis controversia necessarium omnino, ut ex plurimis Scri-  
pturæ flosculis velut ingredientibus quibusdam unum aliquod  
contra errorum morbos efficax conficiatur pharmacum. Tra-  
ditum ergo Christum propter peccata nostra explicat Esatas 6. 530  
v. 4. ipsum languores nostros in se transtulisse, humeros inclinasse & ba-  
juli instar dolores nostros humerus ipsius impositos tulisse, ut Hebræa ha-  
bet veritas: adeòq<sub>z</sub> non simplici aliqua portatione aut ablatione  
sed maximè onerosa, quod vult נִשְׁׁבָּע, & ipse Proph. se in seq.  
explicat cum pergit, Christum flagellatum, contritum, percus-  
sum, afflictum, vulneratum v. 4. 5. 12. & quidem propter iniquitates no-  
stras; à prævaricationibus, ab iniquitatibus, ut in font. est: ac si pecca-  
ta nostra ipsum cōegerint ut vulneraretur, repetitur enim versi-  
culo 8. propter prævaricationem populi mei plaga ei, vel, ob prævari-  
cationem populi cui alias plaga debebatur: posuit in eum dominus  
omnia peccata nostra. v. 6. Et quidem eum in finem, ut pacem habere-  
mus: disciplina pacis super eum, ut in Ebr. est; ubi castigatio Christo  
propter peccata nostra inficta, est nihil aliud quam pœna, quæ  
relative delictis opposita, ab effectu quam nobis parit, disciplina  
vel castigatio pacis appellatur. Ergo traditum Christum propter  
peccata nostra, secundum ἐγγύειαν Propheticam est, ipsum tum  
peccata nostra tum pœnas peccatis nostris debitis nostri loco in se suscepisse  
& sustin-



& sustinuisse (causa impellens) : idque in nostram omnium salutem & liberationem (causa fin.) Traditum Christum propter peccata nostra quid sit, edocet nos harmonica Apostolorum expositio ; factum videlicet ipsum i&λαση&λον interveniente sanguine ob remissionem peccatorum Rom. 3, 25. nos DEO reconciliasse per mortem Rom. 5, 10. per crucem Ephes. 2, 16. per sanguinem crucis Col. 1, 20. factum i&λασμ&δν pro peccatis nostris. 1. Joh. 2, 2. c. 4, 10. tradidisse semetipsum pro nobis vitam DEO Eph. 5, 2. dedisse seipsum α&ντίλυτρον pro omnibus 1. Tim. 2, 6. (dare autem α&ντίλυτρον pro omnibus est pro omnibus solvere & satisfacere) ut redimeret nos ab omni iniquitate Tit. 2, 14. ab aeterna damnatione 1. Thess. 1, 10. Imo ipse Salvator noster, Cœlestis paraphrastes, qui via & veritas est, se traditum dicit ita, ut dederit animam suam λύτρον pro multis Matt. 20, 28. Marc. 10, 45. ut effuderit sanguinem pro multis in remissionem peccatorum Matt. 20, 28. Hinc tale contra Socinum fluit argum :

Quicunq; propter peccata nostra ita traditus est in mortem, ut peccata & peccatorum pœnas portarit, pro ijs victima facta pacem nobis acquisiverit; seipsum dederit λύτρον, α&ντίλυτρον pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, ab aeterna damnatione, &c. ille morte sua peccata nostra expiavit & pro iisdem satisfecit.

Christus traditus est hoc modo propter peccata nostra.

Ergo pro iisdem verè satisfecit.

Major est indubia veritatis vel ex sola adversarii confessio me. Ita enim Socinus ipse cap. 18. prælect. Sect. 3. ad veram plenamq; satisfactionem pro nostris peccatis peragendam necesse fuisse assertit, ut ipsa natura humana quæ peccavit ex seipsa id universum ex solveret quod nos propter peccata nostra debebamus: Idem ille in prælect. cap. 20. Non autem mortuum esse Christum ait ut inde effectus aliquis peccata nostra respi ciens persequeretur, ut certè necesse fuisse si idcirco mortuus fuisse, ut vel pro peccatis nostris satisfaceret, vel in ipso peccata quomodo cum punirentur. Concedit ergo Socinus ad veram satisfactionem requiri ut omnem id quod peccatis nostris meriti eramus exsolveretur, & effectus istius solutionis in nos redifidaret.

Minorem quoad literam dat Scriptura. Apponat ergo Socinus ipse Conclusionem.

**Præposit.** §. 8. Confugit autem Socinus, ut speciem aliquam veri blasphemæ suæ sententiæ conciliet, ad significationem præpositionis modo à so. **Διὰ**, eamque nusquam inferre satisfactionem sed nudam rei decino expli- notare occasionem, urget. Adducit autem duo Scr. loca, quo suū setur. palliare errore audet; primus est I. Reg. 14, 16. ubi traditus dicitur Israël propter peccata Jeroboam qui peccare fecerat Israëlem, id est, occasione peccatorum Jeroboami: alter est Psal. 39. II. ubi Prophe-

I. Reg. 14, ta ait, In increpationibus propter Peccata corripis hominem. Quibus verbis, 16. & ait Socinum, non satisfactio aliqua indicatur pro peccatis, sed potius qua occa-  
Psal. 39. II. sione & causa affligatur homo, nimis peccatorum causi. Ast, inane & merum effugium hoc est, quod malæ Socini causæ parum pa-

trocinatur, nostræ vero planè non obest. Namque I. damus particulam **Διὰ** non semper uno & eodem modo sumi, sed diversa diversis in locis admittere significata, quæ & à nobis ipsis supra in analysi fuere adducta. Hanc diffitemur etiam voculam istam innuere aliquando occasionem rei de qua agitur: verum neuter locorum ex adductis ad rem facit: Nam I. Reg. 14. peccatum Jero- boam dicitur a causa efficiente exemplari, ut peccatum Cain, via Balaam 2. Petr. 22, 15. Judæ v. II. non quod succedentes in orbe homines, pro illorum peccatis passi fint, sed pro horum similibus suis tamen propriis peccatis. Psal. 39. peccata verè sunt causa meritoria castigationis, sed ibi nihil de passione pro alienis peccatis.

Proinde particulam **Διὰ**, perpetuō & ubique juxta stylum Scripturæ hanc obtainere significationem, laxa nimis est consequen- tia, elencho à particulari Socino & asseclis suis aliàs frequentissimo haut absimilis. Quin potius urgemus nos contra Socinum præpositionem **Διὰ** (1) in eo loquendi genere ubi perpeccionibus nostris oppo- sita reperitur, semper designare causam meritoriam, id quod ex locis tum V. tum N. Instr. plurimis patet, præsertim ex Deut. 2, 18. 20. Reg. 23, 26. Esai. 57, 17. Ier. 13, 22. Iob. 10, 32. Col. 3, 6. quam signifi- cationem & popularis loquendi consuetudo confirmat: Sic enim dicimus propter homicidium, adulterium, furtum &c. aliquem suspendi, id est, docollationis, suspendii causam esse meritoriam. furtum, adulterium &c. Quæ & similia ut occasionalem Socini interpretationem repudiant planè, ita econtra mortis Christi cau- sam

**Præposit.**  
**Διὰ** per-  
peccationibus  
opposita in-  
nuit cau-  
sus meri-  
toriam.

sam meritoriam fuisse peccata nostra validè arguunt: ut ita Christum traditum esse propter peccata nostra sit eum sustinuisse pœnas peccatis nostris debitas, atq; hac perpeſione eadem expiæſſe. Dicimus (2) præposit.

¶ insuper in Sacr. Lit. frequentissimè significare causam impellentem Præposit. & finalem. Exempla ſunt 1. Tim. 4, 14. Matt. 19, 12. 2. Cor. 8, 9. Rom. 2, 6, 4. eandem ergo præpos. ¶ significationem in nostro quoque causam finalem ſi-textu eſſe nulli dubitamus, tum, quod in v. 23, 24. eadem obtineat, ratio autem diversitatis evidens nulla hoc loco dari poſſit; & ratio autem diversitatis evidens nulla hoc loco dari poſſit; & resuſcitatum solutionis iſtius applicandæ cauſa, ut paulo post audiemus, Scriptura ubique conſtanter aſſerat.

Sed quod dicimus de signif. partic. ¶, eam & notare in  
hac controverſia cauſam finalem, dare videtur Socinus, quan-  
do P. 3. de Serv. c. 8. ait: *A me quoq; affirmatur, Christum propter pec-  
cata ſeu cauſa peccatorum mortuum, ſive impellentem ſive finalem qui in-  
telligat.* Aſt, videtur tantum, turpis enim ἀδελεχία harætici eſt,  
quando ſubjugit; verum tamen ſicut à finali cauſa ſatisfactionem pe-  
nitens excludo, ita ab impulsiva imputationem quam longiſſimè removeo.  
Hoc eſt, concedit Christum propter peccata mortuum inferre  
cauſam finalem, ſed negat 1. Christum propterea mortuum eſſe,  
ut ſatisfaceret pro peccatis. 2. Ideò mortuum ut ipſi peccata  
noſtra fuerint imputata. At, idipſum eſt quod nos ſupra de mor-  
te Christi præeunte Scr. aſſeruimus & adhuc sancte aſſeveramus:  
Christum ſcili, ita peccatorum noſtrorum gratia mortuus ut ſolverit pro-  
nobis λύτρον ήγή αὐτὸλυτρον Matt. 20, 28. 1. Tim. 2, 5. ſolvere au-  
tem pro captivo λύτρον aliud nihil eſt quam pro eo ſatisfacere.  
Porro ſi peccatorum noſtrorum debitum ipſi imputatum non fu-  
iſſet, ſane opus non habuiſſet ut pro nobis λύτρον ſolveret, jam  
vero conjetit Jehova in eum iniuitates omnium noſtrum. Eſai. 53, 5. pro-  
pter quæ & occiſus eſt v. 7. Non igitur eſt ut thraſonico quaſi  
Socinus iſurgat clamore contra Convetum, quando loco ſupra  
cit: pergit. Quin rogo te, ex quonam S. Scr. loco conſigere potuisti, præ-  
positionem (propter) iſtam ſignificationem habere, &c. Intelligit enim  
hoc, ut recte ipſi obviāmitur à Sibbr. Luberto, vel de aliis locis

Socini  
fraus de  
cauſa finale  
mortis  
Christi.

quaſi



quæ de Christo non loquuntur, vel de iis, quæ de Christo lo-  
quuntur. Si de iis in quibus de Christo non agitur, concedimus.  
Sin vero de iis locis quæ de Christi in mortem traditione agunt,  
loquitur, graviter impingit: id quod ex hactenus adductis  
ἀριθμοῖς patet. Exempla itaque quæ adduxit Socinus su-  
pra, plane extra oleas sunt; ad illud saltem de Jeroboamo pro-  
ductum notamus, interpretationem ex isto loco absurdam esse  
& blasphemam. Ideò enim DEVS Israëlem tradidisse propter pec-  
cata Jeroboami dicitur, quia ipse peccavet & Israelem peccare  
fecerat, quod ad Christi mortem sanè nullo modo accommoda-  
ri potest; alioqui dicendum erit Christum esse traditum propter  
peccata nostra, quia nos & ipsum peccare ficerimus, quod absit  
longè. II. Si omnino lubitum est Socino particulis hanc compo-  
nere litem, ad vertat ipse (1) Scripturam in arduo hoc salutis no-  
stræ negocio non tantum uti particulis διὰ υπὲρ aut ἡλὶ ambi-  
guitati aliquo modo subjectis, sed & insuper adhibere voculam  
αὐτὸν, quæ & absolute cum verbis dandi & accipiendo *Luc.* 24, 17.  
*c. 14, 12. Act. 20, 35. 1. Tim. 6, 2. 1. Pet. 2, 23. Matt. 7, 2. Rom. 1, 27. 2. Cor.*  
*6, 13, &c. & in compositione tā de rebus Rom. 12, 17. 1. Pet. 3, 9. Matt.*

Script. præ-  
ter part.  
διὰ in hoc  
negotio &  
part. αὐτὶ<sup>ν</sup>  
adhibet.

Sententia  
nostra non  
nudus par-  
ticulus sed  
ipsi rei in  
script. no-  
tatae super-  
fructa est.  
5138. quam personis *Matt.* 2, 22, usurpata, perpetuò vicem & com-  
mutationem infert, adeoque *Christum* non tantum peccatorum  
nostrorum causa sed planè nostri loco & vice mortuum esse docet (2).  
Sciat Socinus veritatem nostræ sententiae nec absolute particulis  
διὰ, υπὲρ aut αὐτὸν nec nudæ phrasis superstructam esse, sed fun-  
dari in re ipsa disertis Scripturarum verbis luculenter expressa.  
Constat enim, quod iterum iterumque ingeminamus, ex diserta  
Sp. Sancti assertione: Christum ita propter peccata nostra tradi-  
tum, ita passum pro nobis, ut peccata nostra in se vere transtule-  
rit, morte sua nos Deo reconciliari, sanguine suo nos redemerit,  
λύτρον pro nobis persolverit, &c. Quibus, si Socinus ejusque  
blasphemi complices non animadvertisse mortem Christi ut cau-  
sam meritoriam justitiae & vitæ, seu ut satisfactoriam pro pecca-  
tis nostris allegari, inter illos se esse manifeste produnt, εὐ οἴσ  
εἰ θεοὶ τὸν αἰώνα τὰς ἐπίφλωσες τὰ νούματα, &c. 2. Cor. 4, 4.  
πολὺν εἰδένεις, οὐδεὶς οὐδὲν μάλιστα οἶσι. §. 9. Alter-  
sup



§. 9. Alterum Socini quod concernit errorem, ubi Christum  
ideò traditum ut exemplo ejus nos à peccatis retrahamus conten-  
dit. Respond. I. Pelagiana planè est blasphemia nos ipsos tantum  
exemplo Christi à peccatis posse retrahere. Quomodo enim quæ-  
so ij qui non sunt idonei cogitare quicquam à se ipsis 2. Cor. 3, 5. qui in  
peccatis sunt, non langivi, non ægri non infirmi sed demortui planè Eph.  
2, 1. seipso retraherent à peccatis ad justitiam æternam? D E V S  
est qui per sanguinem Christi virtute mortis & resurrectionis ejus  
nos à peccatis purgat & retrahit Rom. 5, 19. 1. Joh. 1, 7. 2. Christum  
passione & morte sua propositum nobis exemplar insigne, quod  
imitemur in peccatorum mortificatione & vitae sanctimoniam; id  
adeò non inficiamur, ut adseramus potius, non solum dignius es-  
se exemplar præter Christi mortem ad dehortandum à peccatis:  
sed & mortem Christi perpetuò ex altera parte ut donum ex altera  
verò ut exemplum, ad ductū Megal. nostri Lutheri in Postill. Ecclesiast.  
considerari debere. At, mortem Christi nudè & mere exempla-  
rem esse, omni destitutam expiatione & solutione, eoque vel solo  
nomine Christum nostrum dici Salvatorem, id est quod nega-  
mus & pernegamus: Ita enim Sp. Sanctus fines mortis Christi in  
Script. nobis proponit, ut præter communem illam utilitatem ad  
vitam & doctrinam spectantem, singularem quoque & à nullius  
alterius morte expectandam, plenissimam videlicet & sufficien-  
tissimam satisfactionem nostri loco præstitam, nobisq, omnibus  
justificationem, reconciliationem, & vitam æternam promeren-  
tem, in nos derivari afferat. Planissimum est illud vel ex unico  
D. Apostoli loco qui est 1. Cor. 5, 14. & 15. ubi ita infert: *Si unus pro  
omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est,  
ut qui vivunt, posthac non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & re-  
surrexit.* Expressè Apostolus duplē facit mortis Christi finem,  
internum alterum qui est satisfactio pro omnibus morti obnoxiiis,  
alterum externum qui sit exemplaris, ut & nos moriamur pecca-  
to & veterem mortificemus hominem. Perperam igitur agit  
Socinus & graviter iterum impingit, quando subordinata dis-  
jungit, & ex unius positione ad alterius remotionem argumen-  
tatur. Conjugenda sunt hæc duo: mortem Christi & satisfactio-

Nos ipsos  
retrahere  
posse à pec-  
catis Pelagiana est  
blasphemia.

Mors Chri-  
sti non est  
mere ex-  
emplaris.

D

riam



*Christus  
quomodo  
sit uno-  
regimus*

riam esse, & exemplarem, nequaquam divellenda, multo minus ab uno posito ad tollendū alterum argumentandum. *Τηντυπωσι* præterea *ὑπογεγραμμ* hujus à Christo nobis relicti luculentissimam, & accuratissimam proponit D. Petrus I. Ep. c. 2, 21. 22. 23 his verbis. *Christus afflictus est pro nobis : relinquent nobis ὑπογεγραμμὸν ut insequeremur vestigīs ejus, qui peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore ejus, &c.* Qui peccata nostra ipse periclit in corpore suo super lingnum: quo peccatis mortui, justitiae vivemus: cuius ejusdem vibice sanati fuisti. Christum ait ita propositum nobis *ὑπογεγραμμὸν* ut una addat, tum quorum vice & loco Christus tot & tanta persecuterit, nimirum pro nobis passus: tum quid hoc ipso singulari & admirando sanctimoniae & patientiae exemplo impetraverit Nobis, videlicet ut mortui peccatis justitiae vivamus, ejusque vibice sanemur.

*Christus  
ideo non  
resurrexit  
ut salutis  
viam nobis  
monstraret*

*Mors & re-  
surrectio  
Christi co-  
jungenda  
sunt.*

§. 10. Ad tertium tandem Socini, quo ex textu subdolè argutatur Christum Servatorem nostrum esse, quod resurgendo salutis viam monstraverit, paucis respondemus: I. Merum hoc esse spiritus Sociniani phantasma, & inanem speculationem extra Scripturæ pomoeria natam, adeoque eadem facilitate qua adducitur iterum rejici, cum Scriptura nusquam de resurrectione Christi nos ita informet, cum ideo resurrexisse à mortuis, ut salutis viam nobis monstraret, multo minus eō ipso dicendus erit Servator noster. Illud potius harmonico consensi afferit Scriptura, *C*hristum merito & efficacia resurrectionis sue *DEVM nobis reconciliasse, nos à pecca-  
tu liberasse, in peccatis mortuos vivificasse, in novitate vitæ ambulare fe-  
cisse, & ad salutem servasse*, & hoc modo Christum ē mortuis re-  
fuscatum resurrectione sua Servatorem nostrum esse, ex Rom.  
cap. 5, 10. c. 6, 4. c. 8, 35. 1. Cor. 15, 17. Eph. 2, 7. 1. Petr. 1, 3. II. Ni-  
hil quicquam umbræ hæ cerebri Sociniani, luci in textu nostro  
clarissimæ officere possunt, de eo enim nō controvertitur: an ju-  
stificari idem sit quā coram DEO pro justo haberi; id quod & nos  
damus faciles: sed in eo volvitur cardo, quānam sit causa illa ob  
quām hæc coram DEO justitia & salus æternæ nobis contingant? Hanc nos  
Christi mortem & resurrectionem confitemur, quæ ad mentem  
Pauli debent conjungi, illâ enim peccata nostra Christus expiavit  
& justi-

& iustitiam aconisivit, hac vero iustitiam morte partam & salutem non ostendit modo, sed & à mortuis reditus impetravit & credentibus applicat, & ita meriti sui vi & efficacia eosdem in hac vita, regenerat. Is igitur tandem verus, purus, genuinus & orthodoxus emergit dicti nostri sensus. Christus morte & resurrectione sua nobis peperit remissionem peccatorum, & à mortuis resuscitatus eam Dicitur sensus. & m nobis applicat, atq; ita nos iustificat.

## SECTIO III.

Quasdam ex textū controversias examinat.

### I.

An Christus traditus sit pro peccato omni an pro originali tantum?

Vetus error Scholasticorum, & Scholasticæ prolis, Papistum est, Christum non pro omni sed solo originali peccato traditum & sacrificie, quem præ cæteris fovet Ambros. Cætharinus, de incruento Sacrif. citante D. Gerh. de just. §. 54; pag. 1088. ino & ipse Scholasticorum patens Thomas Aq. qui opus, 58. de Sacr. Altar. cap. I, hæc habet: Sicut corpus Domini pro debito originali semel oblatum in cruce, sic offeritur jugiter in altari pro quotidianis nostris delictis. Quibus omnibus & Scholast. & Pontif. eō tandem unicè collimant, ut sufficientissimæ Christi satisfactioni, tum pro peccato omni, tum pro cunctis peccatorum pœnis præstitæ, detrahant, & ementitas suas satisfactio-nes per indulgentias impiè divenditent. Id quod tum ex omnium istorum mente & lingua, tum ex ijs præcipue quæ Bonavent. l. 3. Sent. dist. 20. proponit, luce meridiana clarius est: verba Bonaventuræ ita habent. Homo potest satisfacere pro suo actuali peccato sed non pro originali, Nam pro peccato originali nemo potuit satisfacere nisi Christus DEVS & homo, &c. Nos ex dicto nostro unico contravenimus argumento ita: Quic. mortuus est propter <sup>ad</sup> damnata nostra, ille pro ijsdem, adèq; pro actualibus peccatis satisfecit.

Atquis Christus. Ergo.

Major patet qnia secundum Pontificios ipsos, CHRISTUS mortuus est pro peccatis ea expiendo & pro ijs satisfacendo.

D 2



endo. Παραπλάνα autem sunt peccata actualia ut supra in analysis & explicatione hujus vocis ostendimus.

Minor est in textu, quam & illud ratam facit, quod Script. de expiatione peccatorū à Christo facta i. diversis nominibus peccatorum utatur, ne quis ullum peccatorum genus omissum suscipietur, quae nomina & nos supra adduximus. 2. Notam universalitatis expressè applicet. 1. Joh. 1, 7. Tit. 3, 14. &c.

## II.

### An Christus secundum utramque naturam in mortem pro peccatis nostris traditus fuerit?

I. Genus  
communic.  
Idiom.

II. Genus  
communic.  
Idiom.

Utrinque hic impingunt adversarij, ex altera parte Calviniani, qui per ementitam Alleosin suam divinam Christi naturam à passione; Stancaristæ & ipsos secuti Jesuitæ, qui eandem à passionis merito & mediationis officio penitus excludunt; ex altera vero Theopaschitæ, qui ipsam Deitatem quoque fuisse passam contendunt, utrique errori parata medela. Apostolus in aureo hoc suo aphorismo subjecti loco poniit Ἰησὺν τὸν κύριον ημῶν, nomen Ἰησὸς autem utramque naturam denotat, & ad officium sacerdotale ut plurimum spectat. Quando igitur dicimus: *Deum esse traditum in mortem*, id est, passum & mortuum, prædicatio est ad primum communicationis gradum pertinens, ubi ea quæ unius tantum naturæ propria sunt, alteri naturæ non seorsim, quasi separatae, sed toti personæ (quæ simul D E V S & homo est) attribuuntur, sive D E V S, sive homo nominetur, secundum mentem Form. Concord. pag. 770. Idq; propter arctissimam unionem hypotheticam, secundum quam non nuda & sola humana natura, cuius proprium est pati & mori pro mundi peccatis est passa: sed ipse Filius D E I vere (secundum tamen assumam humanam naturam) passus, & ut Symbolum nostrum Apostolicum testatur vere mortuus est: etsi divina natura negat pati negat mori potest. docet Form. Concord. p. 766. Ergo sola humana Christi natura non est tradita in mortem, licet secundum eam traditus in mortem sit totus Christus, quod est contra Calvinianos. Porro quando Apostolus hic dicit, *Jesum Dominum traditum propter peccata nostra*, &c. id est, pro peccatis

peccatis satisfecisse eaque expiassse , & nos D E O reconciliassse,  
διποτέλεσμα est ad secundum communic. gradum spectans , qui concernit  
rationes officij Christi , ubi persona non agit , in , seu cum una , vel per unam  
naturam tantum : sed potius in , cum , & secundum atq; per utramq; natu-  
ram : seu , ut Concilium Chalcedonense loquitur , una natura agit seu ope-  
ratur curi communicatione alterius , quod cuiusq; proprium est . Ita Christus  
est noster mediator , redemptor , rex , summus Pontifex , caput & Pa-  
stor , &c. non secundum unam tantum naturam , sive divinam , sive huma-  
nam : sed secundum utramq; naturam . F. Concord. in declarat p. 773.  
Secundum utramq; naturam ergo Christus est noster mediator ,  
& Tota persona pro mundi peccatis λύτρον Patri Cœlesti reddi-  
dit , quod verē est θεωρία : cum sine humanitate mors non sit ,  
& sine divinitate valor & pondus mortis esse non possit . Inde cre-  
dimus , docemus , & confitemur , quod non nudus homo tantum , pro nobis  
passus , mortuus , & sepultus sit , ad inferos descenderit , à mortuis resurrexe-  
rit , ad cœlos adscenderit , & ad Majestatem & omnipotentem D E I virtu-  
tem erectus fuerit , &c. Form. Concord. 607. quod est contra Stan-  
caristas & Jesuwitas . Ex his tamen nequaquam sequitur , Deita-  
tem ipsam fuisse passam atque mortuam , traditio enim in mor-  
tem Filio D E I adscribitur non ασώρηω sed χρωμάτω . Dicitur  
passus & mortuus non in naturæ divina proprietate , sed in assumta hu-  
manæ naturæ infirmitate , ut log. Leo. I. Ep. 10. ad Flac. Quomodo enim  
D E V S ut D E V S , qui ipsa vita mori posset , pati , qui impassibili-  
bilis ? Patet ergo hoc sensu Christum traditum fuisse non secun-  
dum divinam naturam sed secundum humanam , id quod est con-  
tra Theopaschitas .

Notamus & hic crassissimum errorem Sohnij , quem & Her-  
bornenses sequuntur , cit. D. Gerb. T. II. disp. publ. pag. 1509. qui  
Christum ut secundum utramq; naturam exinanitum & exalta-  
tum , ita quoque secundum utramque naturam resurrexisse asse-  
runt : Ita enim Sohnius Tom. 2. exeg. Conf. August. p. 262. statuit ,  
Christum resurrexisse secundum utramq; naturam , propterea quod utriusq;  
naturæ actiones hic concurrant , divinæ enim naturæ actionem esse resusci-  
tationem , humanæ resurrectionem . Verum , i. si hæc procederet ratio  
sequeretur & Patrem resurrexisse , quia Paulus in vers. præced.

affecit Patrem resuscitasse Jesum à mortuis, quod esset absurdum. 2.  
Ipse Sohnius dixerat ante, resurrectionem Christi esse primum exalta-  
tionis gradum, jam si Divina natura non potest exinaniri & exalta-  
ri, utique nec resurgere, Non enim resurgit nisi quod ceciderit;  
& ipsa exinanitio Phil. 2,6. describitur ita, quod sit obedientia ad mor-  
tem; absurdum autem est fingere divinitatem mortalem, dicere  
DEVM secundum suam naturam esse mortuum, ut vidimus.  
Hinc argum. Secundum quam naturam Christus mortuus est secundum  
eandem & resurrexit.

Secundum humanam naturam tantum mortuus est. Ergo.

### III.


#### An Christus seipsum resuscitaverit?

Respond. Et Christum semetipsum resuscitasse, seu à seipso  
resurrexisse Matt. 28, 6. Joh. 2, 9. c. 10, 17. Rom. 1, 4. Actor. 13, 33. &  
Patrem Christum resuscitasse Joh. 2, 19. Joh. 10, 18. Subordinata  
enim sunt, quia Patris & Filii una est Deitas una virtus & agendi  
potentia, quæcunque enim facit Pater ea similiter facit & Filius  
Joh. 5, 19. Verum, cum negent Sociniani Christi divinitatem, ite-  
rum hic habent quod cavillentur, hinc Socin. in refut. 9. Argum.  
Erasmi Johannis ait, resuscitatio sui ipsius planè ridicula atq[ue] absurdissima, at-  
que adeo impossibilis esse videtur. Quid enim magis vel risu dignum vel à ve-  
ritate alienum, aut videri aut esse potest, quam eum, qui mortuus fit, sei-  
psum in vitam revocare. Idem tota factio Photin. in Catech. Racov.  
Ostrod. contra Tradel. l. 2. cap. 10. pag. 167. & seq. asserunt. Sed Resp.  
supprimenda potius quam operosa refutatione exaggeranda  
horrenda hæc Socinianorum blasphemia, nos, DEO sint laudes,  
meliora edocti, novimus ex Verbo DEI, Christum Salvatorem  
nostrum non esse nudum, purum & putum hominem; sed DEVM  
verum de DEO vero consubstantialem Patri, qui sua ē mortuis resu-  
scitatione declaratus potenter unigenitus DEI filius Rom. 1, 4.  
ideoque nec virtute humanæ naturæ, sibi relictæ, nec per poten-  
tiam alienam supernaturalem; sed per propriam eamque divi-  
nam,

nam, quæ λόγος est essentialiter; personaliter vero & per realem  
communicationem assumtæ carnis, in vitam fuerit revocatus.

Plura, quæ ad præsens institutum facere videbantur, nu-  
merus pagellarum excludit.

Tibi autem bone J E S V ! canimus canticum novum, quo-  
niā occisus es & redemisti nos D E O per sanguinem tuum, ex o-  
mni tribu, & lingua, & populo & natione: Et fecisti nos D E O  
nostro reges & sacerdotes. Dignus es tu qui occisus es, accipere  
virtutem & honorem & gloriam & benedictionem. Sedenti  
in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, &  
potestas, in secula seculorum, Amen !



Ad Dn. M. Respondentem,

**I**NCTUS ES irriguis, FERBERE, Heliconi-  
(dos undis:

Nunc juvat in sanctas isse Sionis aquas.  
Imbuere his sacris, utramq; immersus ad aurem:  
Infula de cœlo pendula, merces erit.

Johannes Hulsemannus, D.

F I N I S.

... der dritte ist ein großer Kasten mit einer  
großen Schreibtafel und einem kleinen  
Schreiber im Vorderteil.

Der unterste Teil ist eine Treppe mit  
einem kleinen Raum darunter.

Der obere Teil ist ein großer Raum mit  
einer großen Tafel in der Mitte, auf der  
die Tafeln gezeichnet werden.

**LA DR. M. REFORMATION**

... das ist ein großer Raum mit  
einer großen Tafel in der Mitte,  
auf der die Tafeln gezeichnet werden.

**LA DR. M. REFORMATION**

F I N I S



- Elenchus tractationum hoc volumen: comprehensorum.
1. BECCERI analysis Psalmi secundi.
  2. GESNERI contra primatum Romanii Pontificis.
  3. STUTTEREI Theorumata tria ex Jobann: l. 29.
  4. FÖRSTERI medulla capit: ss. Epist:
  5. Ejusd: Dissertationes V. in c. ss. Epist:
  6. WINCKELM: Disp: ex Jobann: III. 16.
  7. Ejusd: Disp: ex Ierem: 23. 3. 4. 5. 6. 7. 8.
  8. MAJORIS <sup>actab</sup> oraculi Apostolici l. Jobann: 1. 7.
  9. THUMRII <sup>egit</sup> dicti Paulini Coloss: 2. 9.
  10. FÖRREYSENII Disp: de 7 Verbis Christi nosissimis. Autov. Danckwerus.
  11. SCHMIDT <sup>egit</sup> dicti Evangelia Lico: XI. 24.
  12. Ejusd: de peccatori Confess: poenitentiali ex Epob: 24. 13.
  13. BERGII de loco Proph: II X. 22 - 31.
  14. HÖTTNERI de primigenia hominis conditione, ex Gen: l. 26. 27.
  15. WILHELM: LYSERI Sicut regis oraculi Iher: l. 29.
  16. Ejusd: Explicatio Ps. 19. 1. 2. 3.
  17. Quisid: de Anti-Christo ex 2. Thessal: 2.
  18. BULATI <sup>egit</sup> dicti Hof: XIII. 9.
  19. HÜLSSEMANI merita ad dictum Rom: IV. 25.
  20. LANGII protoevangelium, Genes: 3. 15.
  21. Ejusd: Jesus typicalis in sacrificiis veteris aetatis.
  22. MARTINI assertio theologic: decurie ad locum Ierem: XXXI. 31 - 34.
  23. HENRICI mysteriorum economiae ex dicto ad Colos: 2. 9.
  24. CUNDISII exercitac: theol: ex Epist: 49. 22. 23.
  25. Ziegria expeditio Psalmi 12.
  26. LANGE septem verba Christi.
  27. KUKADEI Disp: ex 1. Tim: 3. 16.
  28. Ejusd: de Confessione dominis ab infidelitate ad fidem.
  29. GERHARDI Cyrus.
  30. OLEARII lamen gentilium Luc: II. decubatuum.
  31. 32. Gramma ex Gen: 49. 11. 12. Aliud ex Apocal: 1. 4.
  33. LILLI Philologia in Epis: 1. 4.
  34. BOSSI Eranagin anatemate Descript: Galat: 1. 6. 7. 8. 9.
  35. ALBERTI magnificencia divina, Joel: 2. 28. 29.
  36. NIEMANNI de Christi deuelisti querela, Matth: 27. 46.
  37. THICONIS Disp: ex 1. Corinti: 2. 14. 15.
  38. MECKE XII Exercit: Theolog: ad Rom: II X. 31. 32.

Ving VI 18

VD 17

Z



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-575636-p0036-1

DFG

# Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Centimetres

Inches

ODOXA

IMA  
RI JESU  
DITIONE,  
SUSCITA-

risti Ecclesia pio  
recolit.

25.

v, 164

demia,

entissimi,  
**MANNI**,  
, Alumnorum  
ANI, Inspecto-  
servantia &  
di

Seren. Elect.

logorum.

AKE, 1640.

19.